

Vos qui potestas ope uestra censerier  
Accipite reliquom. alieno uti nihil moror.  
Fugitiuus ille ut dixerá ante huius patri  
Domo quē, p̄fugiens d̄m̄ abstulerat uendidit.  
Hic postq̄ hūc emit dedit eum huic gnato suo  
Peculiare: quia quasi una etas erat.  
Hic nūc domi seruit suo patri: nec scit pater  
Est uero dinos: quasi pilas homines hñt.  
Rationē habetis quo modo unū amiserit  
Postq̄ belligerat etoli cum aulidis  
Vt fit in bello capitur alter filius  
Medicus menarcus emit ibidem in aulide  
Coepit captiuos cōmercari hic alios.  
Siquē reperir̄ posset cū quo mutet suum  
Illiū captiuom hūc suū esse nescit qui domist.  
Et quomam heri inde audiuit de sumo loco  
Sumoq̄ gener̄ captum equitem alium  
Nihil precio parfit filio dum parceret  
Reconciliare ut facilius posset domum  
Emit hosce de preda: ambos de questoribz  
Hisce aut̄ inter se cōfinxerunt dolum  
Quo pacto hic seruus suū herū hūc amictat domū  
Itaq̄ inter se cōmutant uestem et nomina.  
Ilic uocatur philocrates: hic tyndarus